

- ampliari⁶. Unde fit, ut hoc in stuporem et admiracionem nostram veniat, quod, cum non carnali confisus providencia, non in brachio seculari, sed in virtute spiritus sancti hactenus triumphasti, gloriam tuam in terrenum consilium⁷ conmutasti assimilatus illis, de quibus dicitur: „Gloriam suam
 20 conmutaverunt in similitudinem vituli comedentis fenum⁸.“ Et qui non nisi auctoritate sancte matris ecclesie suffultus^e etiam iuste et cum timore Dei congregiebaris cum hostibus, ecce sicut dicitur – spreta eiusdem ecclesie auctoritate, cuius consilium in hoc casu maxime erat requirendum, – in alienam messem^f falcem missurus^g exercitum congregasti.
 25 Et cum nobis specialiter regnum Anglie sit subiectum, ita quod nobis singulis annis in signum subiectionis sit tributarium, mirari cogimur et moveri non modicum, quod calcata irreverenter apostolice sedis reverencia in eiusdem regni subiugacionem quasi irrevocabiliter coniurasti.
 Studeat ergo vigilancia^h tua, quod incaute presumptum est, caucius
 30 emendare, expectans super hoc nostri mandatiⁱ beneplacitum.

5 = XI

Erzbischof S(tephan) von Canterbury kündigt den Gläubigen der gesamten englischen Kirche den König der Franzosen als Retter an, der die Verhältnisse der geplagten Kirche Englands wieder ordnen werde, und empfiehlt, diesen in England angemessen aufzunehmen.

Brux. 19020 fol. 61^{rv}.

e) sufultus Hs.

f) messam Hs.

g) misurus Hs.

h) vigilencia Hs.

i) mendati Hs.

6) C. 23 q. 4 c. 48 (ed. FRIEDBERG, Sp. 925): Cum enim largita munera ad nominis sui conspiciat gloriam revocari, tanto largiora tribuit, quanto per ea religionis suae dignitatem viderit ampliari.

7) C. 23 q. 4 c. 49 (ed. FRIEDBERG, Sp. 926): Sed cum futuras, Deo largiente, victorias non carnali providentia, sed magis orationibus prevenitis, fit, ut hoc in stuporem veniat, quod gloria vestra non terreno consilio, sed Deo desuper largiente descendat.

8) Ps. 105, 19f. (iuxta LXX): et fecerunt vitulum in Choreb et adoraverunt sculptile et mutaverunt gloriam suam in similitudine vituli comedentis faenum.

9) C. 13 q. 1 c. 1 (ed. FRIEDBERG Sp. 718): Item precepit Dominus Moysi, ut nemo mittat falcem in alienam messem.